Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



& adiutus est pauper. Abiecti sunt superbi & instructi sunt humiles. Hoc
fecit hoc & faciendo adiuuit pauperem admiratione. Mendicus ille enim nichil
tribuens. totum de mia di exspectans. ante ianuam domini coridie clamat
pulsans ut aperiat ei. nudus & tremens ut uestiat. oculos in terra deiciens &
pectus tundens. Istum mendicum. hunc pauperem. hunc humilem adiuuit ds.
plurimum & de ipsa separatione hereticorum. quia pauci facti sunt & uexati s.
& seducti s. minuto & in uia. Omnis quod prius ex illis diminutis. seductis.
paucis factis. uexatis. in adiutorio pauperi quod fit. Et posuit sicut oues fa-
milias. Quasi unum pauperem & unum mendicum intelligebas. de quo dixit & ad
iuuit pauperem de inopia. Pauper iste multe familie sunt pauper iste multe
plebes s. multe eccle. Una eccla. una plebs. una familia. una ouis est. Et
posuit sicut oues familias. Magna mysteria ista. magna sacramenta. Quia
profunda plena mysteriorum. quam dulcia inuenta. quam diu latentia. Ergo.
Videbunt recti & iocundabunt. & omnis iniquitas oppilabit os suum.
Iniquitas illa garriens contra unitatem. & cogens manifestari uentatem. uicta
oppilabit os suum. Quis sapiens & custodiet hec. & intelligere miias do
mini. Videbit quod fine clausit. Quis sapiens & custodiet hec. & quod cu
stodituus est sapiens. Idem si pauper sit. custodit. Si non sit diues. idem si non sit su
perbus. non sit inflatus. custodit hec. Quare enim custodit hec. Quia intel
ligere miserationes dni. Non merita sua. non uires suas. non potentia sua.
sed miserationes dni. quia errantem & egentem in uia deduxit & pauit quia pug
nantem aduersus difficultatem peccatorum & colligatum uinclis consuetudinis
soluit & liberauit quia fastidientem uerbum dei. & tedio quod a pene moriens
te. missa medicina uerbi sui recreauit. quia pictantem inter naufragia &
procellosa maris huius discrimina. mari placato ad portum perduxit. qui cum
deinquit estimat in eo proprio humilibus dat gratiam. non illo in superbis resistit.
& fecit cum suum. ut uiuat manens multiplicaret. non ut foras exeuns minu-
eret. Hoc uident recti & iocundant. Omnis quod iniquitas oppi labit
os suum. & sapiens quia est. custodiet hec. Unde custodiet. Pro humilitatem
intelligendo miserationes dni. & ubique dictum est. Confitentur domino
miserationes eius. & mirabilia eius filiis hominum. Explicit de psmo. cvi.

Incipit de psmo. cvii.

Septimum exponendum non putaui. quam
exposui cum in psalmo quinquagesimo sexto. & in psalmo. L. no
no. ex quorum postremis partibus iste constat. Nam postrema
pars. L. m. sexti. prima est huius usque ad cum uersum ubi dr. & sup